

Dandulo qui remansit tertius. Et si ser Henricus Dandulo non posset debet postea exercere et facere nobilis uir ser Jacobus Uicemano, qui remansit quartus. 250

Capta. Uolebant partem infrascriptam loco secundi capituli et aliorum ab eo dependentium presentis commissionis quod ponunt alij sapientes, de quorum parte fuerunt et illa fuit capta.

Quod pro executione gentium que leuari debent de insula Tenedi in casu quo contententur uenire ad loca nostra per modum dictum superius. Committatur ser Zanachi Mudazo quod habeat libertatem possendi tenere omnes galeas et partes ipsarum ut sibi uidebitur, donec dicte gentes uel illa pars que recedere uoluerit fuerit leuata. Et etiam si sibi uideretur pro anticipando tempus ad leuan- dum partem ipsarum gentium super galea grossa et ipsas conducere ad insulam Nigropontis et facere ipsam galeam redire Tenedon pro alijs gentibus restantibus 260 totiens quotiens opus fuerit faciat ut sibi uidebitur. Non possendo in hoc per aliquem modum stare cum galeis nostris in partibus Tenedi tantum quod repe- riant se ibi cum galeis Januensium, uerum facta omni experientia possibili si gentes Tenedi non attendent uenire ad loca nostra predicta tunc dominus ser Zanachi debeat recedere de Tenedo cum omnibus galeis et gentibus nostris mit- 265 tendo galeam Nigropontis ad disarmandum. Et galeam Vicemanam cambiato fusto cum ser Henrico Dandulo debeat mittere ad disarmandum ad Caneam et galea grossa ser Henrici Dandulo ueniat Venecias per riperiam leuando merca- tiones per modum predictum. 14 non o—non sinceri 15.

Data in nostro ducali palatio die XIIIII mensis Nouembris indicione quinta. 270
Millesimo trecentesimo LXXXI.

5

*Ἐπαναφέρεται ὁ ἔξαγωγικὸς δασμὸς τῶν οἰνων Μονεμβασίας, Ρωμανίας καὶ Κρήτης ὡς πρότερον.
1381, Δεκεμβρίου 3.

F^o 35^r Millesimo trecentesimo LXXXI, die III Decembris. 1

Capta. Quod Romania, Monauasia et uinum Crete reducantur ad datia solita ad exitum, uidelicet quod de qualibet amphora soluatur sicut primo soluebatur.

Et si consilium etc.

6

Περιῆλθον εἰς γνῶσιν τῆς κυριαρχίας οἱ νεωτερισμοὶ καὶ αἱ πιέσεις τοῦ καπετάνου τῆς πόλεως Χανίων. Ἐφιστᾶται ἡ προσοχὴ τοῦ ρέκτορος, ὅπως μὴ ἐπιτρέπῃ τοιαύτας καταχρήσεις ἐκλέγων πρόσωπα κατάλληλα πρὸς φρούρησιν τῆς πόλεως ἐπὶ μισθῷ, ὅστις θὰ εἰσπράττηται διὰ συνει- σφορᾶς τῶν κατοίκων εἴτε κατὰ κεφαλὴν εἴτε καθ' ἐστίαν. 1382, Ιανουαρίου 16.

F^o 47^r Millesimo trecentesimo LXXXI, die XVI Januarij. 1

Capta. Cum ad noticiam dominationis peruenerit de multis nouitatibus et

